

Quartus phisicorum

dat qd sit res. Sc̄da q̄ p̄ talem diffinitionē soluant obiectio[n]es que fiunt circa diffinitum. Tertia q̄ p̄ ea manifestentur proprietates diffiniti quia diffinitio est medium ad ostendendū passiones de diffinito Quarta qd per talē diffinitionem possint cōcordari discordie que possunt accidere circa diffinitum Ex diueritate opiniorum.

CNotandum preterea quattuor esse suppōnes siue perambula ad investigandum diffinitionem loci Prima est q̄ non quereretur locus nisi esset motus localis ad augmentationem tñ ex consequenti requiriatur locus quia quod augetur maiore locū occupat. Secunda eorum que mouentur localiter quedā mouentur per se ut compositum per sesubsistens.

Alia per accidens et hoc dupliciter. primo quia sunt partes totius. secundo quia sunt accidentia eius.

Tertia quod nichil est in loco cōnīssi quia est i loco proprio. Quarta locus est diuisus a locato quia alias semper moueretur ad motum locati quod est falsum quia hō p̄t moueri in navi dato q̄ d̄scat nauis

CNotandum preterea quod tripliciter intelligitur locum esse equalem locato. Primo q̄tum ad continentiam quia sc̄z continet locatum et nichil amplius Secundo q̄tum ad dimensiones quia sc̄ilicet diametri siue linee procedentes a centro locati ad superficiem continentis sunt e[st]ales cum lineis protensis a centro locati ad eius superficiem connexam. Tertio q̄tum ad mensuram superficerum sic qd superficies cōnera locati et concaua locantis que dicitur locus sunt e[st]ales hoc est qd sib[us]nuicem supraposite non excedant se[n]uicem.

Conclusio predictis tribus modis locus proprius est equalis loca. pr̄ sc̄dm aliquos quia locus proprius est qui continet corpus locatum et nichil amplius ergo non est maior vel minor locato alias esset loc⁹ vacuus vel corpus sine loco.

CNotandum preterea ad investigandum diffinitionem loci q̄ locus non est forma ut supradictum est nec spaciū probatur sic quia si esset tale spaciū distinctum a locato sequeretur quod simul esset infinita loca quia secundum illam positionem dū aliquid corpus est totum in loco ibi sunt alte dimensiones spaciū separate a dimensionibus ipsius corporis et in locato sunt infinite partes si quecunque pars dividatur a toto ipa erit per se in loco et per hoc q̄ dividitur nullus sit locus de novo ergo ibi prius erat infinita loca simul sc̄z oīm partium nec valet direre q̄ per divisionem causetur nouus locus quia dimensiones locati distinguuntur a dimensionibus loci ergo ad dimensiones vnius non sequitur divisione alterius.

Secundo sequeretur q̄ loci esset loc⁹ quia qn continens transmutatur localiter ad alium locum tunc hīdī spaciū transmutatur in continente ergo simul erit cum alio spacio dicendū ergo quod locus ē terminis siue superficies corporis cōnientis

CConclusio secunda locus est immobilis pat̄ q̄ sc̄dm ph̄m locus et vas differunt per hoc q̄ vas est mobile non autē locus. Et ideo dicit ph̄us q̄ magis fluuius totus dicitur locus nauis q̄ hec aqua: quia totus fluuius est magis immobilis. Et sciendum q̄ in loco duo sunt. s. materiale et hoc est superficies cōcaua continentis que mobilis est per accidens. Aliud est formale qd est ordo vel situs respectu alicuius immobilis et sic locus est penitus immobilitas.

CContra hec arguitur ultima sphera est in loco et tamen ille locus non est equalis locato quia ultima mea sphera non habet aliquid sibi equale. Forte dicens q̄ ultima sphera est in loco per accidens. s. sc̄dm suas partes. Cōtra per S. T. in. 4. dis. 10. ar. 3. q. 4. quod p̄ se mouet localiter est per se in loco ergo celum nō est per accidens in loco. Item partes celi non sunt diuise nec sunt in loco nisi per accidens et omne per accidens debet reduci ad per se ergo ultia sphera nō est in loco per suas partes sed per se primo. Item partes celi non sunt actu in loco ultima autem sphera est actu in loco. Forte dicens cum S. T. opus. 52. c. 2. sicut auerois q̄ ultimum celum est in suo loco per suum centrum quod est immobile et circa quod mouetur contra sc̄dm philosophum celum est in loco per accidens sed solum dupliciter aliquid est in loco per accidens sc̄z vel sicut pars i toto vel sicut accidens in subiecto cum ergo centrum ultime sphera seu centrum mundi sit omnino extrinsecum celo sequitur quod per suum centrum non debet dici in loco per accidens.

CSecundo locus est superficies locatum autem ē corpus sed sicut linea in infinitum excedit punctum Ita corpus in infinitum excedit superficiem per suam latitudinem. Forte dicens quod licet excedat secundum essentiam nec vt sit estibi equalitas quia equalitas est rerum differentium eadem quantitas tamē est equalitas secundum continentiam. Contra omnē continens est maius contento sed locus continet locatum igitur.

CTerzo impossibile est sc̄dm euclidem circa idem centrum describere plures circulos e[st]ales quoru[m] unus continet alterum: sed locus continet superficie connexam locati ergo non est equalis sibi. Item secundum geometram si ex una linea fiat triangul⁹ et ex alia linea acuali fiat quadratum tunc spaciū contentū a quadrato est maius q̄ spaciū contentū a triangulo et tamen linee circundant[ur] et sunt e[st]ales unde tunc vocantur figure ysope: immetre q̄r habent circumferentes e[st]ales. Exemplum in solidis tetracedron excedron et sphera aliquando habent superficies e[st]ales et tamen sphera est capacissima quia intra e[st]alem superficiem habet et maiorem corpulentiam alijs.

CQuarto celum saturni continet celum iouis et locat ipsum et tamen est maius eo et totus fluuius locat nauim et tamen est maior eo. Similiter Angelus est in loco tamen nichil est sibi equale cum non sit quantus antecedens patet quia angelii sunt in celo.

CQuinto arguitur quod non est inconveniens esse infinita loca per S. T. I. par. q. 53. ar. 2. mobile enim est continua in alio et in alio loco ergo in quolibet instanti habet novum locum. Item arguitur quod locus non sit superficies quia locus est conservatus locati non autem superficies. Item nullum accidentem absolutum potest esse in tribus subiectis sed tamen sic est de loco baculi si sit in terra aqua et aere.

CSexto arguitur ad idem annichilato locato remanet superficies et non locus q̄ locus non est superficies. Item locus specie distinguitur a superficie ut patet in predicamento q̄titatis ergo distinguitur ab ea essentialiter et realiter. Item superficies est species specialissima non autē locus quia sub se habet sursum et deorsum. Item locari et locari non sunt